

ponere conetur Sebaſt. Foxius*, qvam tamen optimè decli- * Lib. 4. deo
nat, Foxiumqve falsi convincit Gerardus Joannes Vossius†. Nat. Philos.
Et certè loca Philosophi, qvibus id statuit, tam multa; tamqve
manifesta sunt, ut aliud ferè ne suspicari quidem liceat. Qvod cap. 4.
verò ut unicuique pateat, rationes omnes, qvibus demonstra- † Theol. gen-
ri posse hanc sententiam censemus, manifestis ipsius verbis
confirmabimus: non hâc quidem fini, qvâsi solâ auctoritate
nisi, & ab eâ argumenta ducere velimus, (hoc enim in argu- til. Lib. 3. cap.
mentô tantô indecens, & planè contra nostrum institutum
foret) sed ut vanitas suspicionis Foxianæ, qvâ & alios nonnulli
corruptos esse experimur, planiùs detegatur, simulqve con- 33.
stet, qvibus argumentis usus fuerit summus Philosophus.

VII.

Fortè verò id statim sequeretur, si verum esset, *cor unum*,
esse sedem & subjectum animæ. Hoc est, animam in solo corde esse,
ex eoqve operari, & gubernare corpus. Qvod si scilicet esset, anima
quidem esset in totô, sed non μεταπονῶς, qvâsi de parte in par-
tem migraret, sed μεταδονῶς, vires suas ex corde toti communican-
dô. Et esset adeò cor pars omnium præcipua & principalis, ani-
mæ præsentia perpetuò fruens, & hoc privilegiô cœteris omni-
bus antistans. Hâc scilicet de causâ alii tria membra princi-
palia statuunt, qvod trium istorum qvodvis suâ animâ gaude-
at, & inde dependeant motus ac operationes partium reliqua-
rum. Eodem ergò modô liceret nobis colligere: Si cor est anima
sedes, in quô ipsa est, & ex quô vitam cōmunicat partibus corporis aliis,
idem cor erit pars corporis principalis & præcipua. Sententia ve-
rò hujus, cor esse talem animæ sedem, cum primis si de homine
& animâ rationali qvæstio est, Patronos inter veteres atqve re-
centiores non paucos licet reperire. Quid opposita, animam
totam in totô, & totam in qualibet parte ponens, & qvæ hodiè ab
omnibus ferè recepta est, unde sumta sit, ignoratur, nec usqâm ex- a Lib. de ani-
matract. I.
gat in Aristotele, si Philippo Melanchthoni credendum: qui i-
dem commentitiam quoqve vocat. Nam (ait) Spiritus finiti,
quæcumqâm non sunt res divisibiles, ut corporum: tamen sunt in unicô
locô, ex quo agunt, ad certam distantiam, alii magis, alii minus pro-
cul, ut suum cuiusqve robur est. Qvæ non parum juyant com-

B 2

men-

a Lib. de ani-
matract. I.
c. 6. Q. 3.